

REVERENDO, NOBILI VIRO ET D.

D. MARTINO EYSENGREIN, PHILOSOPHIÆ MAGISTRO, PARO-
chia ad D. Mauritium Ingolstadianæ Pastori uigilantissimo &c. M.
Marcus Eisenmenger. S. D.



Isi Imperatoris testimonio uel exemplo, Reuerende domine Pastor, non magis di-
uitis sit ingenij, ueterum inuolucra examinare, & uel ad Lydium lapidem reuocare, quàm sua propria Minerua
adinuenire: tamen permagni quoq; refert dextrè Philosophorum dicta, siue sententias examinatas defendere.
Sic enim rerum natura comparatum est, ut tam inueniendis rebus (ob id & Græci homines peculiari uerbo ab in-
uentione ἀλφίσσαε uocant) incumbamus, inuenta scq; probemus, quàm reperta & probata defendamus. Mihi
autem onere à præceptoribus meis disputandi imposito, uaria ratione moris obseruata, axiomata disputanda pro-
posui, quorū ut ædicionem securus matura rem, tuā autoritatē nuncupauit. Facile certè cōiectura assequi, & suspi-
cari potui, plerosq; mihi accusatores ac eos quidem non uulgares fore, à quibus me solus sine præstantissimi Patroni ope tueri non possem,
quem tu sustineas, etiam atq; etiam rogo. Poteris enim id, qua doctrina, eloquentia, prudentia, & pietate (quis quæso Sacrosanctæ Ca-
tholicæ religionis defensor & ornamentū maius?) polles, quàm facillimè. Inscribunt sua alij summis uiris, solum ut eorum fauorem, gra-
tiamq; uenentur: ego sanè post hæc consilij accipiendi potius iudicijq; subeundi causa, faciendum duxi. Ad hæc inter omnia humano ge-
neri innata uicia uix aliud scriptura sacra (quam domus tuæ alumnam habes) ingratitude detestabilius ob oculos ponit; quod cum ita
sit, hoc ad te aliquot dierum pensum tanquam tenuis operarius mitto, ut uicissim pro uarijs in me beneficijs symbolum collatis exponerem,
& Christiani animi signum exhiberem, quod me insanæ religionis suspicione uacare coram protestaretur. Reuerenda Dominatio serena
fronte hæc ne cariosissimo Bibliothecæ forulo digna excipiat, & me optimarum artium studiosum & Catholicæ orthodoxæ fidei cano-
didum sectatorem sibi commendatum habeat. Reuerentia ualeat. Ex meo, Musæo Ingolstadiano. Anno M. D. LXI. XIII.
Calend. Septemb.

D. O. M. A.

Consensu clarissimi uiri Domini Hieronymi Zigleri Poësis ordinarij, nec non facultatis Ingolstadiensis Decani M. Marcus Eys-
enmenger de Vuypina subsequentes positiones disputabit.

Phyfica.

Cum Democritus & Epicurus omnium rerum originem siue causam primam inuestigantes ad atomos uariè in aëre uagantes, & incerto
ordine se habentes retulerint, adeoq; mundum & casu ortum esse, & regi pertinaciter asseuerarint: Quæritur an ullo modo hæc ad
mittenda sit opinio, opinionisq; ratio.

Conclusio.

Ea quæ certo ordine circumgyrantur, mirabiliq; consilio ad utilitatem creaturarum reguntur, nulla ratione casu nata esse concedendum
est. Totus mundus mirifico ordine circumuoluitur, summa prouidentia gubernatur atq; regitur.

Ethica.

Quoniam uoluptas est perpetuum uirtutis adiacens, rectè Platonici tanq; hanc maximum malum putantes, confutantur. In disputa-
tionibus enim moralibus & dicta & facta consentire debent. Si igitur uoluptatē sequuntur, & nihilominus eam malā prædicant, certè parū,
aut nihil fidei illorum habebit oratio.

II.

Rectè Socrates & Aristoteles fælices appellari possunt, licet quò ad nos res se longè aliter habeat.

III.

Falsò Ius proles iustitiæ dicitur. Sed sicut calceus semper est in corio, forma in materia, ita ius semper fuit in Iustitia.

Dialectica.

Dialectica pro diuersitate rerum, circa quas est occupata, rectè in inuentionem & iudicium scinditur.

II.

Ex Topicis Arist: argumenta necessaria erui possunt.

Rhetorica.

Cum plus aliquando detrimenti, quam commodi eloquentia Repub; adferat: Eloquentiam tanq; iustam matrem ab hac iniuria deo-
fendentes semper per se plurimum utilitatis aduexisse asseueramus.

Grammatica.

Idem æquum & bonum uolumus, adeoq; ab inuicem secerni non posse statuimus.

M. Casparus Macer Marco Eisenmengero. S.

Nolo theses laudare tuas, ne Zoilus illas

Fortè cauilletur laudis egere meæ.

Sic tamen hoc modo, tibi quo deseruiat ultrò

Quantulacunq; mea est mens, labor, officium.

Die Veneris proximè futuro
hora locoq; solitis.


M. D. LXI.

J 5 - 6 - 67

A. 1567.

III

C T E O P I V I L I O M . O D I N E M D O .
 M O B I T I A I S O E L I D .
 O M E P O T I A M A M I T O R O B I T I A M .
 H E R M E T I C I S T A N .
 E L . C O S O N S I N G I U I O S A I P E T I T I S I O G I I T I M P I N A L I . C E S E A L I S .
 M . S . I P Y O T H E L I A . C E S E B I T I



P O T I A .
 I P Y O T H E L I A .
 C E S E B I T I .

I n t e m p l a t i o n e m h o m i n u m p e n s a n t i u m i n s u p e r i o r i u m d e u o m o d o p r o b a n d o .
 S u a p e n s a t i o n e q u i d a m i m p i a m i n t e n d e r e c o n a n t u r e t i n i m p e t e n d u m q u o d
 n o n e s t . S e n t e n t i a m e u m e n d u m q u i d a m i n s u a p e n s a t i o n e p r o b a r e v o l u n t .
 S e n t e n t i a m e u m e n d u m q u i d a m i n s u a p e n s a t i o n e p r o b a r e v o l u n t .
 S e n t e n t i a m e u m e n d u m q u i d a m i n s u a p e n s a t i o n e p r o b a r e v o l u n t .
 S e n t e n t i a m e u m e n d u m q u i d a m i n s u a p e n s a t i o n e p r o b a r e v o l u n t .
 S e n t e n t i a m e u m e n d u m q u i d a m i n s u a p e n s a t i o n e p r o b a r e v o l u n t .
 S e n t e n t i a m e u m e n d u m q u i d a m i n s u a p e n s a t i o n e p r o b a r e v o l u n t .
 S e n t e n t i a m e u m e n d u m q u i d a m i n s u a p e n s a t i o n e p r o b a r e v o l u n t .
 S e n t e n t i a m e u m e n d u m q u i d a m i n s u a p e n s a t i o n e p r o b a r e v o l u n t .
 S e n t e n t i a m e u m e n d u m q u i d a m i n s u a p e n s a t i o n e p r o b a r e v o l u n t .
 S e n t e n t i a m e u m e n d u m q u i d a m i n s u a p e n s a t i o n e p r o b a r e v o l u n t .

o m n i a i n s i m i l i t e r i n t e n t e r
 a n t e p o s t e r i o r

3 . o r g u m e u m q u o d a n t e a n d e t i t o m
 a n t e p o s t e r i o r i n s i m i l i t e r i n t e n t e r
 a n t e p o s t e r i o r i n s i m i l i t e r i n t e n t e r
 a n t e p o s t e r i o r i n s i m i l i t e r i n t e n t e r

X I X . Q . M .